

1559 i 4 Apr Ex M. Bibl. Ign. Krasii Epi Varin.

Litera Sigismundi Augu:
sti ad Dominum Mar:
tinum Cromerum

23

Venerabilis Devote Nobis Dilecte Et
 ex Literis multorum et ex ijs, que isthu
 in causa Nostra sunt non dubio ro:
 quoscimus, nihil aliud per Reverissi:
 mum Dominum Hispanie Regem
 in eo transactionis instituenda nego:
 tio agi, quam ut Illius spe quam di:
 utissime trahamus, atq; interim occa:
 sionibus Juris Nostri persequendum pra:
 termitterendum in posterum. Eius rei
 rationes Nobis vel omnino praeclau:
 tur, vel sane difficiles, magisque impedi:
 te existant. Quamobrem Dominati:
 oni Tuae, quod illi saepe jam injun:
 ximus etiamnum injungimus, ut o:
 mnem operam apud Caesarem Ma:
 iestatem det, quo tandem in causa
 hac certum responsum habeamus,
 neque longioribus, aut dilationibus,
 aut promissis teneamur. Etenim
 nisi id fiat constitutum, Nobis est ut
 isthinc Dominationem Tuam revoc:
 emus, atq; posteaquam amica, transa:
 ctio non succedit, alias rationes juris
 Nostri tuendi vindicandiq; investigemus.
 Id etiam ad cumulum injuriam
 Nostrarum aditum judicantes, quod No:
 bis in causa nostra tanti temporis mo:
 ra magno cum sumptu et labore Nobis,
 per inanis spei ostentationem, allata sit,
 sive autem Dominatio Tua aliquam
 adhuc

24

adhuc

ad huc transactionis spem esse edistima-
bit, sive nullam animadvertet, instabit di-
ligenter quod constitutum fuisse iam, et
de quo nullam dubitationem futuram
fuisse ex Literis Illius cognoveramus, ut
primo quoque tempore mandata S^{ae} Regis
Domini Hispaniae ad Praefectum Neapo-
lini mittantur de rebus mobilibus libe-
re Procuratoribus Vestris exhibendis,
tamen ut illis eorum e Regno Neapolitano
exportandarum, atque ad Nos conducendarum
potestas permittatur. De prestanda item
Nobis libere pensione. Quadraginta tria
Millia Ducatorum, quae Serenissima
olim Parenti Dominae Vestrae in vectigali
Foggiae constituta fuerit, veluti prioribus
Literis ad Dominationem Tuam scri-
psimus, aget quoque Dominatione Tua eam
Caesarea. Maestate, ut se se apud Serenissi-
mum Dominum Regem Hispaniarum
interponat, qui is Nobis eam pecuniam,
quam a Serenissima olim Domina Pa-
rente Vestra, mutuum acceperat, et cuius
nomine Serenitati Illius Pensionem an-
nuam in Vectigali Foggiae constituerat,
primo quoque tempore exsolvat. Etenim
ea Apri hoc tempore agemus. Quod si in
praesens Serenitatis eius animus id
facere possit tamen ut operam Det ne
in ea solutione diuturna mora Nobis
adferatur. Interim vero ut ea pensio, quae
constituta Serenissima olim Domina
Parenti Vestrae fuit Nobis libere, et sine
procrastinatione prestetur. Cetera prudentiae
diligentiaeque devotioris tuae committimus
Dati Crae. Quarta die Apr. A. Dni MDLIX.
Regni Nostri Anno XXX.

В финалны одповідач, ісрданаі апрагору, асдате регулаоре, Венсі
48.000 Д, на Дохана Фоггіа, з поводу урідных річідрей од Мали
надрей, постарованей, домачей ітд.